



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Quæ bona ex sui cognitione exoriantur. Cap. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Proser.
20.13.

tes: Noli diligere somnum, ne te.egesta oppri-
mat; aperi oculos tuos, & saturare panibus.] Qui
enim se ipso ignorant, egestate premuntur; nam pu-
tantes aliena esse sua, nihil, quo direntur, ac-
quitunt: qui vero se sciunt, & suam paupertatem ad-
vertunt, labori intendunt, ac fructu sui laboris cum
exultatione saturantur.

*Quæ bona ex sui cognitione
exoriantur.*

CAP V T II.

V A M necessaria sit homini hæc sui
ipsius notitia, ex maximis bonis, quæ
ab illa oriuntur, potest agnosciri, quoru-
nonnulla hoc loco tractanda sunt, vt
desiderium huius scientie nobilissimæ
excitent, & nos ad incumbendum in eam, & pro illa
laborandum inflammet. Quan, si admodum
necessaria non esset, nunquam Deus tantis modis à no-
bis exquireret, nunquam tam solicite ad eius nos stu-
dium incitaret. Naturæ humanae manifestat originem,
peccata, & causas detegit, imbecillitatem ad
agendum bonum, & infabilitatem in eo quod co-
putum est, aperit, & multitudinem miseriarum no-
strarum sæpe ob oculos ponit, nos non ignoramus, &
nostram vilitatem ne sciamus. Sæpe (quod mirum
est) quasi resiliat bonis desideriis nostris, & magnos
in virtute, & præsertim in contemplatione veritatis
progressus impedit, ne ob magnam superbiam, &
cæcitatem nostram, exaltationem ruina subsequatur.
Dominus apud Iob de productione terræ loquens
inquit: Quis posuit mensuram eius, si nosti? vel
quis extensis super eam lineam?] Quis, inquam, ait,
nisi ego in amplissima, sed certa, ac menutaria mag-
nitudine orbem terræ feci? Quis, nisi ego terra par-
tes ad lineam directionis exegi, & certo limite, ac
terminata quantitate conclusi? Sed in hac terra
aliam terram, cor videlicet humanum, intueor, post
magnos conatus in quibusdam donis à se desideria-
tis exiguum, & post desideria non nimis accentua, in
donis minùs ardenter quæsitis magnum, vt dona,
dona esse, & non propriam industria inspiciat.
Concludit ipsum Deus nonnunquam angustis qui-
busdam virtutis terminis, & post multos labores
pauperem derelinquit, vt hanc salutarem scientiam
propria cognitionis acquirat. Meditatus est id Gre-
gonius hunc eundem locum explanans, ubi sic ait,
Nonnunquam clandestina elatio etiam sollicitis cor-
dibus surrepere solet; vt bonorum cogitatio licet
subtilis sit, ac pressa, cùm valde in virtutibus cre-
scit, oblitera infirmitatis propria, nequam ad memori-
am reuocet quid in vitiis fuerit. Vnde & omni-
potens Deus quia augeri infirmitatem etiam de re-
mediis salutis conspicit: mensuram ipsis nostris pro-
fectibus imponit, vt habeamus quadam virtutum bona,
quæ nunquam quæsiuimus: & queramus
quædam, nec tamen habere valeamus: quatenus
mens nostra dum hæc non potest habere, quæ ap-
petit; & illa se intelligat de le metipla non habere,
qua habet: & per ea, quæ adfuit, considerent illa,
qua defuit: & per ea, quæ vtiliter defuit, seruentur
humiliter bona qua adiunt.] Sic ille. Magna pro-
fæctores est, quam Deus in nobis tam caro pretio
mercatur, vt etiam exiguitate profæctus nostri velit
ad humanæ imbecillitatis notitiam excitare. Et
summopere nobis expedit hæc scientiam addiscere,

Iob. 38. 5.

Greg. 2.8.
mor. c. 6.

A ob cuius absentiam sæpe multis bonis concupitis
priuamur, diuina familiaritate vacuamur, & paupe-
res & nudi derelinquinur. Deus enim, qui summè
bonus est, & nunquam mala, nisi propter aliquod
bonum, permittit, iudicat melius, nos in sterquilino
tepiditatis, & in ceno imperfectionum rellinquere,
quæ in sublimi perfectionis positos, ob elatio-
nem ex defectu propriæ notitiae conceptam, bono,
quod receperamus, vacuare. Sed iam sigilla-
tim exponamus, quæ magna commoda sui co-
gnitionis pariat, & ad quantam sublimitatem ani-
mam fener ipsam cognoscentem & despiciencem
adducat.

B Qui se ipsum cognoscit, iam quandam gradum
ascendit, vt perteniat ad cognitionem Dei. Imago
namque rei, quam representat, cognitionem inferit,
& causa per effectum suum patet, & fluuius ad fontem
ducit. Est autem homo, imago Dei, est effectus
illius inter res corporeas præcipuus, est riuius ab
ille perenni fonte bonitatis emanans. Ac ideo
vnuisque per notitiam sui mirificè ad Dei con-
templationem & notitiam paratur. Sacerdos ad
sanctorum intrabat per exteriorem basi-
licam, quæ appellabatur sancta: Sic iustus ad
sacrosanctum mysterium cognitionis Dei non sine
medio accedit, sed per sui notitiam penetrabit. Ad
tertium cœlū ascendendum est per secundum, & ad
secundū per primum; primum cœlum sit cognitio sui,
secundum, cognitio aliorum operum Dei, tertium,
cognitio creatoris. Nemo audeat in hoc secerum
irrumperet, nisi prius se ipsum agnoscat, & in hoc
primo cognitionis gradu pedem fitat. Gradus, in-
quit Bernardus, ad notitiam Dei, est cognitio tui,
& ex imagine sua, quæ in te renouabitur, ipse vide-
bitur.] Propterea gradus nunquam transilendus,
sed omnino nostri consideratione ascendendum.
Deus enim in illa æternitate videbitur sicut est, at
in hac mortalitate videndus est in ænigmate, sive
in imagine: à qua qui oculos auertit, ab eo tollit,
qui ita nunc absconditus est, vt in sola imagine vi-
deatur. Et fortassis hoc petit a sponsa, dum ait:
Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fe-
cerunt.] Ne, inquit, me irreuerenter aspicias, ne in
me sine velamine nunc oculos intendas, quia mei
contemplationem à te subtrahit hic temerarius
asperitus. Sed potius oculos ad te ipsum converte,
temet ipsum agnosce, & sic non anolabo, non fugi-
gam, & in te, atque ex te meam vecumque maie-
statem intelliges. Hunc sensum attingit Ambro-
sius, dum hunc locum euoluens, sic ait: Noli
contra me intendere devotione nimia, ac fide possi-
bilitatem naturæ, & conditionis propriæ superflua,
quia lucem inaccessibilem intueri, est graue. Auerte
oculos tuos à me, eo quod plenitudinem diuinitatis
eius, & splendorem veri luminis sustinere non po-
teris.] Quid animæ vtile crit, vt lumen inacces-
sibilem contempletur, nisi vt medio velamine, id est,
media cognitione sui ipsis ad videndum tantum
lumen afflurgat? Nam quanto plenius se cognouerit,
tanto perfectius, & sublimius Deum intel-
ligenter.

C In hac autem notitia sui, ac notitia Dei, quid ha-
bet homo, nisi quoddam initium salutis, quæ ab il-
luminatione mentis sumit exordium? Iaia certè
Christi saluatoris aduentum prædicens, & fructus
eius enarrans, hoc eos ordine numeravit. Tunc ape-
rientur oculi eorum, & aures surdorum patebunt.
Tunc saliet sicut cerus claudus, & aperta erit lingua
mutorum, quia scissæ sunt in deferto aquæ, & tor-
rentes in solitudine.] Venient, inquit, mundi saluator,

Bern. ser.
16. in
Cant.

Cat. 64

Amb. lib.
de Iaia.
c. 7.Iaia. 35.
5.

erum

erumpent in Ecclesia aquæ gratiarum, & in ea, quæ erat instar solitudinis, fluer largiter vnda baptismatis. Tunc hoc ordine homines ad iustitiam aduenient. Primo aperientur oculi eorum, qui per incredulitatem, aut ignorantiam cacci erant, ut se ipsos, ac Deum agnoscat. Deinde aures eorundem, qui per duriam cordis surdi erant, patet bunt, vt diuinorum mandatorum sensum excipiant. Postea idem ob peccata claudi, & vitiorum nexibus compediti, per Christi gratiæ dissoluentur, & iam sani facti, subtilient. Tandem qui in cœlestem patriam, ac in perfectionem tendere non curabant, & ideo necessitatem auxilij diuini nesciebant, eam clarissimè perspicentes ad auxilium hoc postulandum ora laxabunt. Quare, rogo, prius aperiuntur cœorum oculi, nisi quia hoc negotium salutis nostræ notitia nostri, ac Dei debet præcedere? Sed quid quod Paulus scripsit: Quomodo credere ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?] Vbi functionem auditus priorem facit, & actum videndi postponit. Sed consideranda est sacrarum literarum altitudo. Nam iustificatio nostra prius à doctore proponitur, & postea ab homine excipitur. Prius ergo homo audit, quid sibi faciendum sit, cum verò ad opus accedit, prius se ipsum videat, Deumque cognoscat, & deinceps ad alia iustitiae munia procedat. Est itaque notitia sui quoddam salutis exordium: & sicut aurora indicium est aduenientis solis, qui plantas omnes viuificat, auiculas ad canendum excitat, & homines ad suas functiones vocat: ita hoc diluculum, aut hoc lucis initium, quo homo se ipsum agnoscat, signum est, iam prope nos esse iustitiae solem, qui renebras pellat, & vitam nobis ac vita opus attribuat.

Ex hoc gradu cogoscentis homo se ipsum, ascendet ad timorem & amorem Dei. Nam qui se ipsum nescit, & quæ magna peccatorum debitum premitur, ignorat, nullo creditoris sui rigide fatus sua poscentis debita, timore tægetur. Similiter, qui se ipsum nescit, Deum nesciat necesse est; & cum nonnisi cognita diligamus, nūquam, quandiu Deum ignorat, eius amore donabitur. Quare notitia sui est velut ianua, per quam homo ad hos duos affectus prælatisimos possidentis timoris, & amoris ingreditur. Noueris te, inquit Bernardus, vt Deum timeas: noueris & ipsum, vt & quæ ipsum diligas. In altero iniciari ad sapientiam, in altero consummari; quia initium sapientiae timor Domini est, & plenitudo legis, est charitas.] Hæc duæ notitiae sui & Dei, sunt illi duo pulcherrimi sponsi oculi, quorū sponsus cor sibi fatetur esse surreptū. Vulnerasti, inquit, cor meum, foror mea sponsa, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.] Vel, vt Septuaginta transtulerunt, cor mihi uno tuorum oculorum luppenisti, id est, vehementer me ad amorem prouocasti. Sed quo oculo, ô anima, putas sponsum fuisse vulneratum, quo oculo putas cor eius fuisse surreptum? An oculo notitiae tui, quo dum te cognoscis, te despicias, & dum te despicias, eius miserationes promereris? An oculo notitiae ipsius, quia dum illum agnosces, eum diligis, & dum diligis, eum ad diligendum impellis? Puto sanè, quia vitroque oculo vulneras cor sponsi Dei, & ipsum ad te allicis, sed dictum est, in uno oculorum tuorum, quia quilibet oculus per se potens est sponsi amorem accendere. Vulneras enim cor eius, dum illum amanter intelligis, quia amor erga eum ad incitandum amorem præcipuum locum habet. Et vulneras cor eius, dum te contemptum agnosces, quia humilitas ad promerendum amorem, non infimum locum obtinet. Denique vulnerasti cor meum, inquit, in uno crine colli tui. Quis iste

A crinis, nisi humilitas, ex sui notione progenita? Quid uno crine gracilis, inquit Rupertus, & quid humilitate subtilius? Quid crine flexibilis, & quid humilitate confractus? Crinis vñus vix comparat, humilitas vix consentit, vt inter homines computaris.] Prius verò Deum ad tui amorem allices humili cognitione tui, quæna alta cognitione Dei, quia hoc ordo rectus expostulat, vt prius priora queras, & ex infinito gradu ad altiorem ascendas. Hæc alta, ac profunda cognitione Dei non solerari, nisi propria peccata lugentibus; nemo autem propriæ peccata lugebit, nisi ea ipsa, ac se qui perpetrauit, agnoverit. Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.] Basan interpretatur, confusio & ignominia; maris verò profunditate compunctionis magnitudo signatur. Ex notitia igitur ignominiae tuae Deus compunctionem extrahet, & compunctione oculos illuminabit: & ad Dei cognitionem attolleret.

Nec solum cognitor sui ipius, horum duorum particeps est præstantissimorum affectuum, verum & alios duos fructus magni momenti lucratur, sine quibus Dei timorem & amorem non possidebit, quod scilicet à corde suo elationem, superbiaque reuellet, & ad veram humilitatem se disponit. Omnis elatio, omnisque superbia oritur ex ignorantia, aut ex inconsideratione sui. Quis enim vel leuiter se cognoscens, & proprias miseras inspiciens, & sanem, ac putorem cordis sui tangens, audet effiri, aut ita insaniat, vt commodum tibi putet superbire? Iob percussus vlcere pessimo, à plâta pedis vñque ad verticem eius, testa sanem radebat, sedens in sterquilino.] Et mirum valde esset, si improba lepra contigeret, se sanum ac validum estimaret, & non eam ad remedium raderet, sed ad augmentum pestiferi morbi contegeret. Ita mirabile esset, si quis dum in sterquilinio sua vilitatis federet, & lepram suorum peccatorum edacem attriceret, se ipsum vt sanum & sanum supra alios efficeret. Hunc autem esse nucleum, ac spiritum huius literæ, Gregorius patenter ostendit, qui de testa sancti Iob sic philosphatus est. Pensabat vir sanctus, vnde sumpū fuerat, quod gestabat, & fragmento vasis fictilis confractum vas fictile radebat. Quo facto patenter ostenditur, corpus suum quomodo sibi sanum subdidit, quod & percussum sic despiciens curauit: quam ille mollescit sanè sua carni cœcessit, qui non vestit, non digitos, sed testam etiā vulneribus admovit. Testa ergo radebat sanem: vt semet ipsum & fragmento considerans, etiam de extortione vulneris sumeret curam mentis. De sterquilinio verò sic. Quia verò sâpe per ea, quæ circa corpus sunt, animus inflatur: & per hoc, quod erga nos agitur, fragilitas nostri corporis ab oculis cordis amovetur (sicut nonnulli facultates cum temporalibus dignitatibus fulciantur, dum locis altioribus præsident, dum multorum obsequia sibi suppetere ad votum vident: fragilitatem suam intueri negligunt: & vas fictile, quod gestant, quam si velociter conterendum, obliuiscentes, omnino non attendunt) beatus Iob vt considerationem sua fragilitatis etiam ex circumstantibus traheret, & ante oculos suos vim sua despectio augeret, non qualibet in terra, qua penè vñque munda reperitur, sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta, quæ esset carnis substantia bene proficiens perpendeat animus. In sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci foedere caperet, quod festinè corpus ad foedorem rediret.] Sede itaque, ô homo, in sterquilinio misericordia tuae; accipe manu non carnis, sed mentis testam fragili-

Ruper. 1e
3. in Cät.

Psal. 67
23.

Iob. 2.7.

Grego. 3.
mor. c. 17.

D sanem, & sanum supra alios efficeret. Hunc autem esse nucleum, ac spiritum huius literæ, Gregorius patenter ostendit, qui de testa sancti Iob sic philosphatus est. Pensabat vir sanctus, vnde sumpū fuerat, quod gestabat, & fragmento vasis fictilis confractum vas fictile radebat. Quo facto patenter ostenditur, corpus suum quomodo sibi sanum subdidit, quod & percussum sic despiciens curauit: quam ille mollescit sanè sua carni cœcessit, qui non vestit, non digitos, sed testam etiā vulneribus admovit. Testa ergo radebat sanem: vt semet ipsum & fragmento considerans, etiam de extortione vulneris sumeret curam mentis. De sterquilinio verò sic. Quia verò sâpe per ea, quæ circa corpus sunt, animus inflatur: & per hoc, quod erga nos agitur, fragilitas nostri corporis ab oculis cordis amovetur (sicut nonnulli facultates cum temporalibus dignitatibus fulciantur, dum locis altioribus præsident, dum multorum obsequia sibi suppetere ad votum vident: fragilitatem suam intueri negligunt: & vas fictile, quod gestant, quam si velociter conterendum, obliuiscentes, omnino non attendunt) beatus Iob vt considerationem sua fragilitatis etiam ex circumstantibus traheret, & ante oculos suos vim sua despectio augeret, non qualibet in terra, qua penè vñque munda reperitur, sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta, quæ esset carnis substantia bene proficiens perpendeat animus. In sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci foedere caperet, quod festinè corpus ad foedorem rediret.] Sede itaque, ô homo, in sterquilinio misericordia tuae; accipe manu non carnis, sed mentis testam fragili-

tatis

Pf. 130.1.

tatis tuae, & putorem superbiam à corde rades, omnemque arrogantiam presumptionemque repelles. Tunc cum sancto Davide, non in te, sed in Domino gloriaberis, dicasque: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me.] Quia scilicet meas miseras expendi, meam vilitatem consideravi, me ipsum agnoui, ideo cor humiliatae depresti, & in humilitatis signum oculos in terram demisi. Nunquam me ad altiora supra datam facultatem extendi, neque ultra meam capacitatem difficiliora presumpsi: quia iste humilis propriæ imbecillitatis aspectus superbiam procul abicit, & viles intra metas meæ parvitatim me continet.

Siautem notitia sui superbiam dissipat, consequens est, ut humilitatem gignat: nam dum elatio abicitur, loco illius affectus sapiens, & sanus humilitatis ingreditur. Nec potest homo se ipsum agnoscere, viliterque de se sentire, quin se ipsum (quod humilitatis est) verè & ex corde despiciat. Ac proinde meritò Bernardus quodam loco ait. Ergo tenetis memoria, quod teneam assensum vestrum, neminem absque sui cognitione saluari: de qua nimur mater salutis humilitatis oritur. Et rursus alio loco vberius: Puto quia inuenimus etiam quomodo humiliat homo se ipsum. Dico autem ut adhuc humilianti se veritati: nec dissimulet, sed cooperetur ei deuoto pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps, quām sollicitè posteror, duritiam cordis sentiam, & plangam dolorem meum; ne si forte insensibile fuerit, sit etiam insanabile vulnus meum. Ero vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in confortio eorum, de quibus veritas ait: Perclusi eos, & non doluerunt.] Et item: Curauimus Babylonem, & non est sanata.] Grauis curatio, humiliatio hæc; sed grauior morbus superbiam est, quæ vtinam sic curetur, vt sanetur hac cura. Consentiam itaq; aduersario meo, ac quiescam iudici meo, cedam denique virgini aculeo, ne bis pungat.] Sic ille. Quando itaque à Domino propriæ vilitatis notitia donamur, tunc ad humilitatem, & nostrū despiciētiam mouemur. Cognoui, Domine, inquit David, quia æquitas iudicij tua, & in veritate tua humiliasti me.] Iudicia tua, rationes prouidentiae tuæ occulæ esse possunt, & absconditæ ab oculis hominum, sed iniusta esse non possunt. Non potest ab æquitate (qua tu ipse es) nisi rectitudo & æquitas exoriri. Veritate ipsa me deiici, & ad humilitatem trahis, quia dum me ipsum agnoso, dum abyssum mee impotentia considero, statim (te donante, & iudicij tua exercente) me ipsum ex humilitate despicio. Drachma perii, inquit Hieronymus, sed inuenitur in stercore.] Quam putabis drachmam, nisi humilitatem? Quod putabis iterum, nisi propriam vilitatem? Humilitate ergo inuenies, si tuam vilitatem agnoueris.

At homo ex cognitione sui, amore Dei timore que ditatus, & humilitate cumulatus, quām Deo charus (qui humiles sui amatores diligit) quāmque pretiosus existet? Certè Sancti haec sui cognitione, qua ad sui contemptum, Dei autem amorem incitabantur, locum ad diuinam familiaritatem obtinendam, & misericordiam imperatam, inuenierunt. Hinc illa vox Abrahæ: Loquar ad Dominum, cùm sim puluis, & cinis.] Hinc illa Davidis: Memento, quia puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius.] Hinc illa Iobis: Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem deduces me.] Ad quid, ô viri Dei, apud Dominum luti & pulueris memoriam facitis? Ad quid vestram parvitatem inducitis? Quid luto, & cœlestibus donis, vt illius commemoratione, ista

Genes. 18.
27.
Psal. 102.
14.
Iob. 10.9.Pf. 118.
75.Bernard.
fer. 37. in
Cant.Idem in
illud. Om
nius, qui se
exaltat,
&c.Ieremia
5.3. 51.9.

A consequamini: Magna quidem luti & diuinarum miserationum cognitione est: quia misericordia misericordiam respicit, & summa misericordia summam misericordiam, cui subueniat, exposcit. Quid ergo virtuisti potuerunt Deo ad miserationes eius imperandas efficacius obiciere, quām fœnum, & lutum, & cinerem, & vno nomine, misericordia propriam confiteri? O magnum sapientiam te ipsum inspicere, atque cognoscere! Quæ ita Dei ingenium (vt sic dicam) penetrare nō uit, & eius benignitatem ad dandū alicere. O quām aptè se ipsos ignorantes iumentis comparantur, quorum inter animalia terrestria notissima stoliditas est! Verè homo cùm in honore esset, non intellexit.] Quid non intellexit? An cœlum? An terram? An Angelos? An homines reliquos? Sanè non intellexit se ipsum, & ideo [comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Si enim alia ignoraret, obtusum visum haberet; at dum se ipsum, proximum sibi, non videt, omni visu caret, cæcus est, & planè insipientis, ac meritò iumentis insipientibus comparatus. Anima itaque sui notitiam habens, accessum haberat ad Deum, vt ipsum alloquatur, & miserationibus eius ac donis multiplicetur. Eo enim ipso quod sibi vilescit, eam Deus, tamquam rem pretiosam sibi que gratiam aspicit. In quo sensu accepit Gregorius illud Iob: Omne pretiosum vidit oculus eius;] Oculus scilicet Dei. Vnde ait: Scindum magnopere est, quia tanto vnaquaque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto præ amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: Nonne cùm parvulus es in oculis tuis, caput constitui in tribibus Israël?] Ac si aperte diceret: Magnus mihi fuisti, quia despexit tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Vnde & per Prophetam dicitur: Vx, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis meti ipsi prudentes.] Tanto fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi: tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi, quia [humilia] respicit, & alta à longè cognoscit.] Hic fit ergo, ô iuste, conatus tuus te ipsum agnoscere, hæc scientia tua, tui ipsius ac Dei, notitiam habere. Ita enim notitia eruditus peccata vitabis, pericula fugies, te ipsum increpabis, & parvitatem ac imbecillitatem tuam, virtutum ac bonarum actionum studio suffulces. Quamobrem Laurentius Iustinianus doctrinam notitiae sui concludens, ait: Hæc profectò se agnoscentium in veritate est disciplina optima, se videlicet condemnare, se peccatores intelligere, se cacos, se infirmos, sequere ad omne malum proculios existere, absque ulla dubitatione sentire. Hinc imitem casum, prævaricationem metuunt, exigua, quantum valent, delicta denunt, indisciplinorum hominum consortia fugiunt, superbotum colloquia obaudunt, arque amatorum facili desideria vana esse non dubitant. Vnde sic in cunctis se caute custodiunt, ac si essent quotidiæ morituri. Claret igitur ex his quām operatoria, quāmque ad salutem sit necessaria cognitione sui, quæ præstat lumen ad cognoscenda huius peregrinationis pericula, & spirituales mundi istius laqueos calcando, quos proculdubio percipere ac ignorare conuincitur, qui ignorat se. Quamobrem beatum esse dixerim, qui de se non qualencumque sed veram cognitionem habere meruerit.] Nihil amplius ad sui notitiam amplectendam exigi potest, quām vt homo sciatur ex hac cognitione beatum esse, quia ad beatitudinem sibi aditum parat, & eius abundantia misericordia & infelicem reperiri.

Iob. 18.
10.
Greg. 18.
morm. 6.20.I. Regis.
17.I. Saie 5.
21.

Pf. 137.6.

Iustinia.
libr.
Humili.
cap. 2. in
fine.

E